



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 66. Tumultus Parisiis ob horum cædem a fœderatis suscitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.**A.C. 1583.

Equitibus die prima anni sequentis  
publice ad sacram Synaxin accedere  
præsumebat.

### §. LXVI.

*Tumultus Parisis ob horum cædem  
fæderatis suscitati.*

*Thuan. l. 93. Mem. de l'Etoil t. I.  
pag. 260.* Fœderati, cum Regem ad mitiora  
lutaribus monitis flecti despen-  
rent, modis consuetis medium qua-  
rere satagebant: altera igitur die po-  
Nativitatis dominicæ Festum in Pan-  
siensis Urbis Prætorio cives convocam-  
ipsumque Harlæum primum Præsidem  
& Thuanum alterum Præsidem adell-  
jubent, qui tamen, cum Regi nimium  
addicti essent, iniquo serebant animo  
quod hi seditiosi adversus suum Prince-  
pem tot injurias evomerent, ac nil na-  
vindictam spirarent, & mutuo se  
ad novam armorum societatem fa-  
Religionis, ac publicæ quietis tue-  
dæ obtentu hortarentur, ruptisque  
moderationis repagulis se effre-  
admodum licentiæ dederent. Tu-  
etiam hi Aumalium Ducem, qui tu-  
Parisiis agebat, in Urbis Gubernato-  
rem nominant, sexdecim autem illi  
viri in Regiorum, & Politicorum ædibu-  
cuncta sedulo perscrutabantur, austro-  
que furore, ubi vix crudelem Cardina-  
lis Guisii cædein compererant, vocile-  
rabantur.

rabantur, quod Henricus III. nonnisi  
fucatæ Religionis Princeps reipsa esset Sæcul. XVI.  
A.C. 1588.  
accerrimus veræ fidei hostis, ac merito  
Tyrannus, & hypocrita dicendus. Post  
ea etiam Verbi Divini Præcones in suis  
sermonibus in sacratam Regis personam  
invehebantur, verbisque ad miseratio  
nem ciendam adeo idoneis tragicam  
utriusque Fratris cædem describebant,  
hosque tanquam fidei Martyres tam  
præclare usque ad fidera extollebant,  
ut omnes adstantes in uberrimas difflue  
rent lacrimas. Feria quinta die vigesi  
ma nona Decembris cum populus ve  
spere post sermonem a Guincestro Do  
ctore habitum de sancti Bartholomæi  
templo, finita quadraginta horarum  
supplicatione, egrederetur, in rabiem  
actus Regis insignia Ecclesiæ valvis af  
fixa discerpebat, ac in lutum projecta  
pedibus conculcabat: porro hic popu  
lus erat magis ad iram provocatus,  
eoquod præfatus Concionator ex gal  
lico hoc nomine: *Henri de Valois*, seu  
Henricus Valesius anagramate facto  
dixisset, illum esse *un Vilain Herodes*,  
seu foedum Herodem, qui ob sua per  
juria, & crudelitates, quibus pios Ca  
tholicos recens peremit, haud ultra  
iporum Rex esset: insuper Versorius  
Advocatus comperto utriusque Princi  
pis parricidio tantopere hujus facinoris

Rr 4 enor-

**Sæcul. XVI.** enormitate commovebatur, ut altera  
A.C. 1588. post Nativitatis dominicæ festivitatem  
die mærore absumptus animam redde-  
ret: erat enim tanto studio foederatis  
addictus, ut veram Guisii Ducis, quem  
pium Principem appellabat, imaginem  
exspirans deoscularetur, arreptaque  
Regis effigie illum crudelem, ac tyran-  
num nuncupans, iconem illius confrin-  
geret, ac in frusta dilaceraret.

§. LXVII.  
*Aldobrandinus Cardinalis in Polo-  
niam Legatus a Papa decretus.*

**Thian. 1.88.** Cum interea tumultus in Polonia con-  
tinuato furore ferverent, Sixtus V.  
eo Legatum decernere statuit, hocque  
officium præ ceteris Hyppolito Aldo-  
brandino commisit, qui etiam die vi-  
gesima tertia Maji hoc anno ampla in-  
structus agendi facultate Roma disce-  
fit, quo adventante Sigismundus Sue-  
ciæ Princeps ad omnes belli jure captos  
libertati reddendos paratissimum exhi-  
bebat animum, dummodo Maximilia-  
nus Cæfaris Filius ibidem captus om-  
nibus suis in Poloniæ Regnum juribus  
cederet: verum hic pravis suorum fau-  
torum consiliis seductus de suis juribus  
nihil omnino remittere, tam firmiter  
decreverat, ut Legatus re infecta hoc  
anno discedere cogeretur.

§. LXVIII.